

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum creatio materiæ informis præcesserit duratione creationem rerum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVÆST. III. DE CREATIO. MATERIAE INFOR. ART. I.

QVÆST. III. DE CREATIO. MATERIAE INFOR. ART. I.

De creatione materiae informis.

Et habet articulos duos.

¶ Primo enim queritur. Vt̄ creatio materiae informis præcesserit duratione creationem rerum. Secundo. Vtrum materiae informis tota simul fuerit an successiva.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum creatio materiae informis præcesserit duratione creationem verum.

L. p. 66.a.
1. in cor. Et
q. 67. & 69.
L. i. c. 15.i.
prin. 10.3.

QVAESTIO est. Vtrum creatio materiae informis præcesserit duratione creationem rerum. Et videtur, q̄ non, quia sicut dicit August. 1. super Genesim ad literam, materia informis præcedit formatum ex ea, sicut uox cantum: sed uox non præcedit cantū duratione, sed solū natura. ergo materia informis nō præcedit res formatas duratione, sed solum natura. Sed diceret, quod August. loquitur de materia respectu formæ. quæ est per formas elementorum, quæ quidem formæ statim a principio in materia fuerunt.

¶ 2 SED CONTRA. Sicut aqua & terra sunt elementa, ita etiam ignis, & aer: sed scriptura tradens informitatem materiæ facit mentionē de terra & aqua.

ergo si materia a principio habuisset formas elementares, pari ratione secesserit mentionē de aere & igne.

¶ 3 Præt. Forma subtilialis cū materia fuit causa accidentialium qualitatum, ut patet p. Philosophi in. Physi, sed qualitates actiue & passiuæ sunt proprietates proprie accidentales elementorum. Si ergo formas subtiliales fuerunt a principio in materia, fuerint ibi ex cōsequenti qualitates actiue & passiuæ.

Et ita nulla restabat informitas, vt vī. Sed diceret q̄ erat informitas sive cōfusio q̄ tū ad elementorū situ.

¶ 4 Sed contra. Secundum Philosophum quarto cel. & mund. quantū vnumquodq; elementorum h̄t de specie, tantum h̄t de vbi: elementa n. sunt in propriis locis ex virtute forme. Si ergo materia a principio habebat formas subtiliales, tunc ex cō sequenti vnumquodq; elementorum suum situm habebat, & ita nulla confusio in elementis restabat, secundum quam materia posset dici informis.

¶ 5 Præt. Si pro rāto materia informis dicatur, q̄ elementa nondum proprium & naturalem situm habebant, ex consequenti videtur, q̄ secundum hoc eius formatio intelligitur, q̄ elementa naturalis situs attribuitur. Sed hoc non vī in rerum distinctione. Nam aqua aliquæ supra celos ponuntur, cū tñ naturalis situs aquarū sit sub aere supra terram immediate: ut patet 4. cel. & mun. ergo non intelligit materia informis pp cōfusionem situs prædictā.

Sed dicendum, q̄ aqua dicuntur esse supra celos,

inquit uaporabiliter eleuantur vt sint supra celos.

¶ 6 Sed contra. Aquæ uaporabilis non possunt supra totum aēre eleuari, ut à Philosophis probatur. immo solum vñque ad medium aeris interstitium ascendent. Multo ergo minus possunt eleuari supra ignem, & ulterius supra celum.

¶ 7 Præt. Informitas materiae designatur in hoc dī.

Terra erat inanis & uacua. Sed inanitas materiæ attribuitur respectu virtutis generativa, & vacuitas respectu ornatus: ut a sanctis expōnitur, qd cōsistit in his, q̄ in terra mouentur. ergo informitas mate-

Friæ, non attenditur quantum ad situm, ut sic dici possit quod materia informitas duratione formationem præcesserit.

¶ 8 Præt. Qui pōt dare aliquid simul, minus liberaliter agit si dat successiue. Vnde Prouer. 3. Nec dicas amico tuo vade, &c. Sed Deus simul dare poterat rebus esse perfectū, ergo cū sit liberalissimus, non fecit materiam informem ante eius formationem.

¶ 9 Præt. Motus a centro ad centrum, sequitur elementa, secundum quod habent naturales situs. Sed in ipsa informitate materiæ, appetat quod ibi sufficiat motus a centro ad centrum, quia aquæ vaporabiles super terram eleuabat, vt dicitur. ergo elementa iam habebant suos naturales situs.

¶ 10 Præt. Rarum & densum sunt causa grauis & lassitudinis, ut patet quarto Physic. Sed iam erat rarum & densum in elementis, quia dicitur quod aquæ erat rariores quā modo sunt, ergo erat & graue & leuis, & elementa habebant sua vbi, quæ eis attribuuntur ratione levitatis & grauitatis.

¶ 11 Præt. In illa rerū informitate manifeste apparet, q̄ terra sui sitū habebat, & dat intelligi q̄ terra erat coeperta p. hoc qd dī. Cōgregant aquæ in unū locum &c. ergo pari rōne & alia elementa sui situm habebant: & ita nulla informitas in materia erat.

¶ 12 Præt. A pfecto agere educit pfectus effectus: qd oē agens agit sibi simile: sed Deus est pfectissimum agens, ergo a principio materiæ perfecta produxit, & ita formatam: cum formati pfectio materia.

¶ 13 Præt. Si materia informis formatione rerū duratione pfectit, aut materia sic existēt caret oris forma, aut habebat aliquā formam. Si oī forma caret, tūc erat tātū in potētia, & nō in actu: & ita nondum erat creata, cū creatio terminet ad esse. Si autē habebat aliquā formam, aut illa erat aliqua forma elementaris, aut formā misti. Si forma elementaris aut habebat tantum unam formam, aut diuersas. Si diuersas, ergo rā erat diuersitas per diuersas elementares formas. Si unam tantum, sequitur q̄ aliqua forma elementi sit naturaliter prius in materia q̄ alia, & ita unum elementum erat principium aliorū elementorum: sicut antiquissimi naturales posuerunt dicentes, unū tātū elementum esse: qd a Philos. improbat ē cōdo de generatione & corrup. Si aut habebat formā misti, ergo forma misti naturaliter est prius in materia, q̄ forma elementorū, qd patet esse fallīsum: qd mistio nō fit nisi p. hoc q̄ aliquid elementa mouet ad formam misti. ergo non pōt esse q̄ materia fuerit prius informis q̄ formata. Sed dices, q̄ materia habebat formas elementorum: Sed nō secundum illum modum quo nunc sunt, quia aquæ erat rariores, & in modum uaporis aeri permittit.

¶ 14 SED CONTRA. Forma vñius cuiusque elementi, requirit determinatā mensuram raritatis vel densitatis, sīc qua esse nō pōt. Raritas autem p. quam ali quid ascendit in locum aeris, excedit conditionem aquæ: q̄a natura aquæ est, ut sit gravis respectu aeris, ergo si erat tanta subtilitas quod aquæ euaporabile liter ad locum aeris ascenderent, non habebant spaciem aquæ: & ita non erant in materia forma elementares, cuius contrarium supra dictum est.

¶ 15 Præt. Per opera lex dierū, formata sunt ex informi materia diuersa rerū gñia: sed inter alia sex dierū opera, firmamentū secundo die est formatū. Si ergo materia informis subiacebat elementaribus formis,

sequitur q̄ celum sit factum ex quatuor elementis, quod a Philos. improbatur primo ca. & mun. Præt.

QVAEST. III. DE CREATIO. MATERIAE INFOR. ART. I. 36

¶ 16 Præt. Sicut se habet corpus naturale ad figurā, ita se habet materia ad formam. Sed corpus naturale non potest esse, quin habeat aliquam figuram, ergo nec materia potest esse quin sit formata.

¶ 17 Præt. Si formatio materia a principio sua creationis non fuit, tunc aquarum congregatio, que terro die legitur, non semper fuit: sed hoc videtur impossibile, quia si aquæ vindique operiebant terrā, non erat ubi possent congregari. ergo videtur, quod materia informis rerum formationem non præcesserit. Quod autem aqua vindique opereret terram, appareret ex hoc quod clementia sunt separata, ut probatur tertio cœ. & mun. Sed diceretur, quod erat aliqua concavitas infra terram, in quam partes descendunt, & ita terra locum præbuit aquis.

¶ 18 SED CONTRA huiusmodi concavitates uel cauernositates in terram causantur propter alias lapidositates, ex quibus superiores partes terre retinentur, ne ad centrum deſcendant, quod quidem tunc est non poterat: quia cum lapides sint corpora mīta, sequeretur quod corpus mītum fuisset ante formationem elementorum. ergo huiusmodi cauernositates esse non poterant.

¶ 19 Præt. Si cauernositates aliquæ erant in terra, non poterant esse vacua. ergo erat plena aere uel aqua, quod videtur impossibile: cum sublidere terra sit contra naturam utriusque.

¶ 20 Præt. Aut aqua cooperies terrā vndique naturalē sitū habebat, aut nō. Si naturalē sitū habebat, ergo ab alia dispositione nō poterat remoueri, nī p. uiolentia, quia a loco in quo corpus gescit naturaliter, non remoueret nisi per uiolentia. hōc autē nō cōpetit primæ rerum institutioni, per quā natura instituitur, cui uiolentia repugnat. Si autē erat illæ situs aquæ uiolētus, per suā naturā redire poterat ad illæ dispositionem quā nō habebat, qā a loco in quo quiescit aliiquid uiolenter, mouetur naturaliter. Et ita non oportebat ponit inter opera formationis, quod aquæ in unum locum congregarentur.

¶ 21 Præt. Secundū hūc ordinē res iſtitutæ sūt quē naturaliter habēt. Sed naturaliter diſtincta sūt priora. Q̄ cōfusa: sicut simplex & naturaliter pri⁹ cōposito. ergo nō fuit cōueniēs rerū iſtitutioni, q̄ res primo fuerit ī quadā p̄fusionē, & postmodū diſtinguerent.

¶ 22 Præt. Processus d. aūt in potentiam non cōpepit rerū iſtitutioni, sed magis corruptioni. Res enim sunt per hoc q̄ de potentia in aūt reducuntur. Sed p̄cedere a mītis ad elemēta, est procedere de aūt in potentiam, cum elemēta sint quali materia respectu formæ mīti. ergo nō fuit cōueniens rerū iſtitutioni q̄ prius fierent in quadam confusione & mixtione, & postmodū diſtinguerentur.

¶ 23 Præt. Hoc v̄ esse cōlōnū erroribus antiquis Phil. s. opinioni Empe. q̄ ponebat plenū partes mīdi esse adiuticē diſtinguitas: cū prius fuerint cōfusa p. amicitia. & Ana. q̄ posuit q̄ cū aliqñ oīa simul escent, intellectus incepit diſtinguere separando ab illo cōfuso & commīto. Quia quidem opinione sufficienter a Philosophis posterioribus improban tur. ergo non est ponend⁹ q̄ infirmitas uel cōfusio materia rerum formationē duratione præcederet.

SED CONTRA est quod Gregor. exponens illud Ecl. 18. Qui uiuit ī eternū creauit oīa simul dicit, q̄ oīa sunt simul creatæ p. subſtātā materia, sed nō p. speciē formæ, qd̄ esse nō posset, nī pri⁹ fuisset substantia materia q̄ species formæ inesset. ergo materia informis duratione præcessit rerū formationē.

A ¶ 2 Præt. Illud qd̄ nō est, non pōt h̄c aliquā operari: sed materia informis h̄t aliquā operationē: appetit n. formā, vt dī. 1. Phy. ergo materia pōt esse linea forma, & ita nō est incōueniēs, si materia informis ponatur duratione rerū formationem præcessisse.

¶ 3 Præt. Deus plus pōt operari q̄ natura. sed natura

L. 1. com. 21.
tom. 2.

art. 18. q. pr
ceden.

L. 1. super
ge. c. 15. 10. 3
L. 1. co. 18.
tom. 2.

B B. ex hoc si p̄cipiōrē q̄ōne ī patuit. In spūali autē creatura informatis formationē p̄cessit ī duratiōe. ergo adē rōne & in corpali. Probatio media. Formatione creatura spūalis intelligit fm q̄ ad verbū cōuertit, q̄ est eius illuminatio. Simul autē facta luce diuisum est inter lucē & tenebras. per tenebras autē in spūali creatura peccatū intelligit. peccatū autē cē nō potuit in primo istati creationis angelorū, qā tunc demones numquam fuissent boni. ergo spiritualis creatura nō fuit formata in primo instanti sua creationis.

C ¶ 4 Præt. Illud ex quo est aliqd̄ ī tpe p̄cedit qd̄ est ex eo. Sed Deus ex iniūsa materia, q̄ ē materia informis fm Aug. creauit orbē terrarū. vt dī. Sapiētia. 11. ergo materia informis tpe p̄cessit orbē terrarū formationē. Probatio prima. Scđm Philos. in 1. Phy. fieri rerū duplice exprimi pōt, uno modo vt dicāt hoc fit hoc per se. q̄ conuenit subiecto.: vt cū dicimus, hō sit albū: p. accidēs autē, vt ex priuatione, & cōtrario: ut cū dī. non albū vel nigro sit albū. Alio modo vt dicāt ex hoc sit hoc, qd̄ quidē subiecto non cōpetit nisi rōne priuationis. Non. n. dicimus q̄ ex hoīe sit albū, sed q̄ ex nō albo uel nigro sit albū uel ēt ex hoīe nigro uel nō albo. Id igit, ex quo est aliqd̄, vel est priuatio siue cōtrariū, uel est materia priuationi uel cōtrario subiecta. Vt roq, aut modo oportet tpe p̄cedere ex quo aliqd̄ sit: qā opposita nō posunt esse simul, nec materia simul tempore potest subesse priuationi & formæ. ergo id, ex quo aliqd̄ sit, tempore p̄cedit id quod sit ex eo.

D ¶ 5 Præt. Operatio naturæ imitatur in quantum potest operationem Dei, sicut operatio causa secundū operationem cause primæ. Sed naturæ processus in operando est de imperfēctō ad perfēctū. ergo & Deus ēt prius tpe imperfēctū produxit, & postea perfecit, & sic informis mā formationem p̄cessit.

E ¶ 6 Præt. Aug. dicit, q̄ vbi scriptura ī principio terram & aquā cōmemorat, cū dī. terra erat inanis & uacua, & spiritus dī ferebatū super aquas: non ideo, nominatur terra & aqua, quia ī talis erat: sed quia talis esse poterat. ergo aliqñ materia prima nō dum hēbat speciē aqua uel terra, sed tūli habere poterat, & sic materia informis formationē p̄cessit.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut dicit Aug. 12. confessionalū circa hāc quāſionem potest esse duplex diſceptatio. Vna de ipsa rerū veritate: Alia de ſenū literē, qua Moyſes diuinitus inspiratus p̄cipiū mīdi nobis exponit. Ad primā diſceptionē duo ſunt vitāda, quorum vnu eſt, ne in hac qōne aliiquid falso afferatur, p̄cipue quod ueritati fidei contradicat.

Quāſt. dīſt. S. Tho. E 4 Aliud

QVAEST. III. DE CREATIO. MATERIAE INFOR. ART. I.

Aliud est, ne quicquid verum aliquis esse crediderit, statim velit asserere, hoc ad veritatem fidei pertinere: quia ut Augustus dicit in confessione. Obest, si ad ipsam doctrinam pietatis formam pertinere arbitratur falsum, scilicet quod credit, & pertinacius affirmare audeat quod ignorat. Propter hoc autem obesse dicit, quia ab infidelibus umerita fidei irridet, cum ab aliquo simpliciter & fideli, tamquam ad fidem pertinens, proponitur aliquid, quod certissimum documentis falso esse ostenditur, ut etiam dicit primo super Genes ad literam. Circa secundum distinctionem, duo et sunt vita: quorum primus est: ne aliquis id quod patet esse falso, dicat in umeris scriptura, quae creatione rerum docet, debere intelligi: scripturam diuinam a Spiritu sancto traditam non potest falso subesse, tunc nec fidei, quae per eam docetur. Aliud est, ne aliquis ita scripturam ad unum sensum cogere velit, quod alias sensus, qui in se veritatem continent, & possunt salua circumstantia litterae scripturam aptari, penitus excludatur: hoc enim ad dignitatem diuinae scripturam pertinet, ut sub una litera multos sensus contineat, ut sic in diversis intellectibus hominum conueniat, & vnuusquisque metatur se in diuinam scripturam posse inuenire veritatem, quam mente conceperit. Et per hoc est contra infideles facilius defendatur, dum si aliquid, quod quisque ex sacra scriptura uelut intelligere, falso apparuerit, ad alium eius sensum possit haberi recursus. Vnde non est incredibile Moysi & aliis sacrae scripture auctoribus hoc diuinus esse certus, ut diuersa vera, quae homines possint intelligere, ipsi cognoscerent, & ea sub una littera designarent: ut sic quilibet eorum sit sensus auctoris. Vnde, si etiam aliqua vera ab exppositis sacrae scripture littera aptentur, quae auctor non intelligit, non est dubium quin Spiritus sanctus intellexerit, quod est principialis auctor diuinae scripturam. Vnde omnis veritas, quae salua littera circumstantia, potest diuinam scripturam aptari, est eius sensus. His ergo suppositis secundum est, quod diversi exppositi sacrae scripturam, diuersos sensus ex principio Gene. acceperunt, quorum nullus fidei veritati repugnat. Et quantum ad presentem pertinet questionem, diuersificati sunt in duas vias, duplamente informitatem materie accipientes, quae signatur in principio Genevi dicitur. Terra autem erat inanis & vacua. Quidam namque intellexerunt, predictis umeris talem informitatem materie significari, secundum quod materia intelligitur absque forma, in potentia tamen existens ad omnes formas: talis autem materia non potest in rerum natura existere, quin aliqua forma formetur. Quicquid enim in rerum natura inuenitur, actu existit: quod quidem non habet materiam nisi per formam, quae est actus eius, vnde non habet sine forma in rerum natura inueniri. Et iterum, cum nihil possit contineri in genere, quod per aliquam generis differentiam ad speciem non determinetur, non potest materia esse ens, quin ad aliquem specialis modum essendi determinetur: quod quidem non sit nisi per formam, vnde si sic materia informis intelligatur, impossibile est, quod du ratione formatione praecesset, sed praecessit tantum ordine naturae, secundum illud, ex quo si aliquid, naturaliter est prius eo, sicut nox est prior creata. Et haec fuit opinio Aug. Alij vero intellexerunt informitatem materie, non secundum quod materia est forma careret, sed secundum quod dicitur aliquid informe, quod nondum habet ultimum suum naturam.

F complementum & decorem: & secundum hoc potest poni, quod etiam duratione informitas rerum formationem praecesset: quod quidem si ponatur, ordinis sapientiae artificis congruere virum, qui res ex nihilo producens in esse, non statim post nihilum in ultima perfectione naturae eas instruit, sed primo fecit eas in quodam esse imperfecto, & postea eas ad perfectum adduxit, ut sic & eorum est ostendetur a Deo procedere, contra illos qui ponunt materialm creatam, & nihilominus perfectionis rerum ipsa etiam auctor apparere, contra eos, qui rerum inferiorum formationem causis alijs ascribunt. Et hoc intellexit magnus Basilius Gregorius & alijs sequaces eorum. Quia ergo neutrū a uirtute fidei discordat, & virum sensum circumstantia literae patitur, utrumque sustinentes ad virtutem rationes respondemus.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Augustinus loquitur de materia informi, secundum quod intelligitur absque omnī forma, & sic necesse est dicere, quod informitas solo ordine naturae formationem præcedat. Qualiter autem circa formationis ordinem opinetur, in sequenti articulo ostenderetur.

AD SECUNDUM dicendum, quod circa hoc multipliciter aliqui sunt opinati. Plato enim scripturam Genesivis, sic intellexisse dicitur numerum elementorum & ordinem ibi significari, ut terra & aqua proprijs nominibus exprimantur. Aqua autem super terram esse intelligitur, ex hoc quod ibi scriptum est: Congregentur aquae in locum unum, & appareat arida. Supra qua duo, aerem intellexit in hoc quod dicitur, Spiritus Domini ferebatur super aquas, aeren nomine spiritus intelligens. Ignem vero in nomine celum intellexit, quod omnibus superemeretur. Sed quia secundum Aristotelem probations, celum ignem naturam esse non potest, ut eius motus circularis demonstrat, Rabbi Moyse Aristotelem sequens cum Platone in tribus primis concordans, ignem significatum esse dixit per tenebras, eo quod ignis in propria sphera non luceat, & situs eius declaratur in hoc quod dicitur, super faciem abyssi. Quintam vero essentiam, nomine celum significatam esse intellegit. Sed quia, ut dicit Basiliscus in Hexameron, non est confutatio sacrae scripturae, ut per spiritum dominum aer intelligatur, per corpora extrema, quae possunt, dedit intelligere media & præcipue quia aqua & terram sensu manifestum est corpora esse, aer uero & ignis non ita sunt simplicibus manifesta, qui bus etiam instruendis scriptura tradiebatur. Secundum vero Augustinum, pro nomine terra & aquae, quae commorantur ante lucis formationem, non intelliguntur elementa suis formis formata, sed ipsa materialis informis omni specie carens. Ideo autem potius haec duo materiae informitas exprimitur, quamque alia elementa, quia sunt propinquiora informitatem, utpote plus de materia habentia & minus deforma, & quia etiam nobis magis sunt nota, & manifestius nobis materialis aliorum ostenduntur. Ideo vero non per unum tantum, sed per duo eam significare uoluit, ne si alteram tantum posuisset, ueraciter crederetur hoc esse informis materia.

AD TERTIUM dicendum, quod in illo rerum principio informitatem quadam in rebus existente secundum opinionem Basilius & aliorum sanctorum, non oportet ponere quod elementa suis qualitatibus naturalibus carerent. Sed utrumque habebant formas substantiales scilicet & accidentales.

AD QUARTUM dicendum, quod situs elementorum dupli-

citer

citer potest considerari. uno modo quantum ad natum propriam. Et sic naturaliter ignis aerem continet: aer aquam, & aqua terram. Alio modo, quantum ad necessitatem generationis, quae est circa locum medium. Et sic necessarium est, ut superficies terrae quantum ad aliquam partem sui sita quis discoperta: ut ibi conueniens generatio, & cōsideratio mīstorum esse possit, & præcipue animalium perfectiorū quae aere indigent propter respirationem. Dicēdū est ergo, q̄ illa informitas primi status, attendit non quantum ad situm qui naturalis est elementis secundum se, hunc enim situm omnia elemēta habebat, sed quantum ad illum situm qui elementis cōperit, secundum ordinem ad generationem mīstorum. Ite enim situs nondum erat perfectus, quia nec ipsa corpora mīsta adhuc prōdierant.

A *AD QVINTVM* dicendum, quod de aquis, que supra cœlos sunt, diuersimode aliqui opinati sunt. Quidam namque dixerunt, aquas illas esse spirituales naturas, quod imponitur Origeni. Sed hoc quidem non videtur ad līte posse intelligi, cum spiritu libis naturis situs non competat, ut sic inter eas, & inferiores aquas corporeas, diuidat firmamentum, ut scriptura tradit. Vnde alij dicunt, quod nomine firmamenti intelligitur cœlum aereum nobis uicinum, supra quod eleuantur per vaporum ascensionem aquæ vaporabiles, que sunt materiæ pluviarum ut sic inter aquas superiores, que sunt in medio aëris intersitio vaporabiliter supēsa, & aquas corporreas, quas uidemus supra terram constitere, mediū existat aereum cœlum. Et huic etiā expositioni concordat Rabbi Moy. Sed hanc non videtur pati literæ circumstantia. Nam postea subditur in litera, q̄ fecit Deo duo luminaria magna & stellas, & posuit eas in firmamentum cœli. Et ideo alij dicunt, quod per firmamentum intelligitur cœlum sideratum, & quod aquæ super cœlos existentes sunt de natura aquarum elementarium, & sunt ibi posita ex diuina prouidentia ad temperandum ignis virtutē, ex quo totum cœlum constare dicebant: vt Basilius tāgit. Et ad hoc astriūdum, duplex argumentum Augustinus dicit a quibusdam induci in secundo super Gen. ad literam. Quorum unum est, quod si aqua aliqua rarefactione facta, potest ascendere usq; ad medium aeris intersitium, ubi pluvia generatur, si amplus diuina rarefacta, quia est infinitum diuisibilis, sicut & omne continuum, poterit sua subtilitate supra cœlum sideratum descendere & ibi coenicherter esse. Aliud argumentum est, quod stella Saturni, quae deberet esse calidissima propter velocissimum motum, inquantum eius circulus est maior, inuenitur frigidius effectus, quod dicunt ex uincitente illius aqua contingere, prædictam stellam infrigidantem.

Sed hæc expositiō in hoc videtur deficere, q̄ assit quādam per scripturam sacram intelligi, quorū contraria fatis euidentibus rationibus probantur. Primo quidem quantum ad ipsam positionem, quae videtur naturalē situm corporum peruertere. Cum enim vnumquodq; corpus tanto debeat esse superiorū quanto formalius, nō videtur rerū natura congruere, ut aqua, q̄ inter omnia corpora est materialior præter terrā, etiam supra ipsum cœlum sideratum collocetur: & iterū ut ea, que sunt vniuersi speciei, diuersum locum naturale fortiorū. Quod erit si una pars elemētariaquæ erit immideare supra terram, alia vero supra cœlum. Nec est sufficiēs responsio, q̄ omnipotētia Dei aquas illas cōtra eartum naturam

supra cœlum sustinet, quia nunc queritur, qualiter Deus instituerit naturas rerum, non quod ex eis aliquod miraculum potentiae sua velit operari, vt Augustinus in eodem libro dicit. Secundo, quia ratio de rarefactione vel divisione aquarum, vñ omnino vana. Etsi enim corpora mathematica possint in infinitum diuidi, corpora tamen naturalia ad certum terminum diuiduntur, cum vnicuique formæ determinetur quantitas secundum naturam, sicut & alia accidentalia. Vnde nec rarefactione in infinitum esse potest: sed vñq; ad terminum certum, qui est in raritate ignis. Et præterea, aqua tantum rarefieri possit q̄ iam non esset aqua: sed aer vel ignis, ne transcede ret modum raritatis aquæ. Nec posset naturaliter excedere acrius & ignis spacia: nisi natura aquæ amīsa, eorum vinceret raritatem. Nec iterum esset possibile, vt corpus elementare quod est corruptibile, formalius fieret cœlo siderico, quod est incorruptibile, & sic supra ipsum naturaliter collocaretur. Tercio, quia secunda ratio omnino frivola apparet. Nā corpora cœlestia non sunt susceptiva peregrinæ impulsionis, vt a Philosophis probatur. Nec esset possibile stellam Saturni ab alijs aquis infrigidari: nisi et omnes stellæ quæ sunt in octava sphera infrigidarentur, quarum tamen plurimæ inueniuntur esse calidae secundum effectum. Et ideo aliter videtur dicendum ad hoc, q̄ scripturæ veritas ab omni calunnia defendatur: vt dicamus, q̄ aquæ illæ non sint de natura harum aquarum elementarium, sed sunt de natura quintæ essentia, habentes cōmūnem cum nostris aquis dyaphanitatē, sicut & cœlum empireū cum nostro igne communem splendorem. Et has aquas quidam vocant cœlum crystallinum, non quia sit de aqua cōgelata in modum crystalli, quia vt dicit Basilius in hexameron, Puerilis dementia, & insipientis mentis est, talem de cœlestibus capere opinionem. Sed pp illius cœli soliditatem, sicut & de omnibus cœlis dicitur Job 37. q̄ Solidissimi quæ aere fusi sunt. Et hoc cœlum etiam ab Astrologis ponitur nona sphera. Vnde nec Augustinus aliquam de præmissis expositionibus afferit, sed sub dubitatione dimittit, dicens in eodem lib. Quomodo, & quales liber aquæ ibi sint, esse ibi eas minime dubitemus. Maior est quippe scripturæ huius auctoritas, quam omnis humani ingenii capacitas.

SEXTVM Concedimus.

E *AD SEPTIMVM* dicendum, quod si intelligatur secundum expositionem Basiliū & sequacium eius, q̄ terram ipsum terræ elementum, sic considerari potest, & inquantum est principium quarundam rerum, scilicet plantarum quarum ipsa est vt mater: sicut dicitur in libro de vegetabilibus. & sic respectu eorum erat inanis antequam eas produceret, inane enim vel vanum dicimus, quod non pertingit ad proprium effectum vel finem. Et potest considerari inquantum est habitaculum quoddam & locus animalium respectu quorum vacua fuisse dicitur: vel secundum literam septuaginta, quæ habet, Inuisibilis, & incomposita, sive quādam terra inuisibilis, inquantum erat aqua cooperata, etiā inquantum nondum erat lux producita per quam posset videri. Incomposita vero inquantum carebat & plantarum & animalium ornatu, & situ cōueniente ad eorum generationem & conseruationem. Si vero per terram intelligatur prima materia secundum opinionem Augusti, sic dicitur manis per comparationem eius ad compositum: in quo subsistit. Nam inanitas firmitati

lib. 2. super
Ge. parum a
princeps tom. 2.

Homil. 3. in
hexa. nō mul-
te rem. ante
med.

Li. 2. in Ge.
ca. 5. id ēanc
tom. 2.

In dial. 65.
G. 2. 1. 10. 4.

QVAEST. IIII. DE CREAT. MATER. INFOR. ARTIC. I.

firmitati & soliditati opponitur. Vacua vero per eos preparationem ad formas quibus eius potentia non replebatur. Vnde & Plato receptionem materie comparauit loco, secundum quod in eo locatum recipitur: vacuum autem & plenum proprie circa locum dicuntur. Dicitur etiam materia in sua informitate considerata inuisibilis, secundum quod caret forma qua est omnis cognitionis principium. Incomposito vero inquantum sine composito non subsistit.

AD OCTAVVM dicendum, quod ad liberalitatem dantis non solum pertinet quod eiro det, sed etiam quod ordinate, & quod conuenient tempore det vnumquodque. Vnde ubi dicitur, cum statim possit dare, non solum consideranda est potentia qua dare possumus aliquid absolute, sed etiam qua possumus conuenientius dare. Vnde ad ordinis conuenientiam conferuandam Deus in quadam imperfectione creaturas primo instituit, ut sic gradatim ex nihilo ad perfectum peruenirent.

AD NONVM dicendum, quod situs quod pertinet ad naturam elementorum, in elementis erat ut dictum est. Vnde obiectio contra praeclaram opinionem non procedit.

Et similiter dicendum ad decimum, & undecimum.

AD XI. dicendum, quod perfecto agenti competit perfectum effectum producere. Sed non oportet quod statim in principio sit perfectum simpliciter secundum suarum naturae modum: sed sufficit quod sit secundum ipsius illud, quo modo puer mox natus perfectus dici potest.

AD XIII. dicendum, quod materia non dicitur sive informis secundum sententiam quam sustinemus ad praesens, quia omni carceri forma: vel qui habetur vnam tantum formam, quae esset in potentia ad omnes formas, sicut posuerunt antiqui naturales ponentes vnum principium, vel sub qua continerentur plures formas virtute sicut in multis accidit, sed habebat in diversis partibus formas elementares diversas. Dicebatur tamen materia informis, quia non dum forma missorum corporum superueperant materia: ad quas formas elementares sunt in potentia, nec etiam erat situs elementorum adhuc conueniens eorum generationi, sicut prius dictum est.

AD XIV. dicendum, quod nihil cogit nos dicere, nec scriptura Gen. authoritas, nec aliqua ratio, quod alio modo in illo rerum principio materia formas elementaris subesse quammodo: & si possibile fuerit quod ex aquis vaporabiliter aliquid accederit in locum aeris, sicut & modo contingit, & forte tunc amplius: cum terra totaliter aquis cooperiretur.

AD XV. dicendum, quod de firmamento, quod secundo die formatum, multiplex invenitur opinio. Quidam namque dicunt hoc firmamentum non esse aliud a celo, quod prima die legitur factum, sed dicunt, quod scriptura in principio summatum commemoravit facta, de quibus per senarium dierum explicavit quomodo sint facta. Et haec est opinio Basiliij in hexameron. Alii vero dicunt aliud esse firmamentum, quod secundo die est factum, & aliud celum, quod primo dicitur creatum. Et hoc tribus modis. Quidam namque dixerunt, quod per celum, quod prima die creatum legitur, intelligitur spiritus creatura, vel formata, vel adhuc informis, per firmamentum vero quod secunda die legitur factum, intelligitur celum corporeum quod videmus. Et haec est opinio Aug., ut patet in libro super Genesim ad literam, & duodecimo confessionis. Alii vero dicunt, quod per celum quod prima die creatum legitur, intelligitur celum empyreum per firmamentum vero, quod secunda die legi-

gitur factum, intelligitur celum sidereum, quod videmus. Et haec est opinio Strabi: ut patet in gl. Gen.

1. Alij vero dicunt, quod per celum primo die factum, intelligitur celum sidereum, per firmamentum autem quod factum est secunda die, intelligitur istud aeris spacium terrae vicinum, quod dividit inter aquas & aquas, ut supra dictum est. Et hanc expositionem tangit Aug. super Gen. ad lit. & tener eam Rabbi Moy.

Secundum ergo hanc vitimam facile est soluere, quod firmamentum, quod secundo die est factum, non est de natura quintae essentiae, unde nihil prohibet quantum ad ipsum fuisse processu de informitate ad formationem, vel quantum ad eius subtilizationem va-

G poribus aquis eleutatis diminutis per aquarum congregacionem in vnu: vel quantum ad situm, dum in locum aquae recessentis aer succedit. Sed secundum tres opiniones primas, quae per firmamentum celum sidereum intelligent, non oportet dicere processu esse in calo de informitate ad formationem: qualiuam formam acquisierit, quia nec in elementis inferioribus hoc ponere cogit scriptura: sed ut intelligamus firmamento virtutem esse collatam ad mistorum generationem, & quantum ad hoc formationem eius intelligi. Sicut in inferiorum elementorum formatio intelligitur, ut dictum est, quantum ad mistorum generationem. Nam sicut elementa inferiora sunt materialia, ita firmamentum est causa mistorum adhuc. Vnde diuinitus aquarum inferiorum a superioribus, intelligi potest per modum quo medium in confinio duorum extremonrum existens, inter utrumque distinguit. Inferiores enim aquae variationi subiecti sunt, inquitum in motionis materia sunt per motum firmamenti: non autem superiores. Secundum tamen sententiam Aug., si ponatur materia informis prout fuisse tempore, nihil graue occurrit, quia oportet aliquo modo materiam in corpore caelesti ponit, quo inuenitur etiam motus. Vnde nihil prohibetur a ordine naturae intelligi ante formam, sicut ex tempore nihil formationis accesserit. Nec cogimur propter hoc dicere vnam esse communem naturam corpori caelesti & inferioribus elementis, & si aliquo uno nomine significetur, ut terra vel aquae sunt in Aug., quia unitas ista non intelligitur secundum substantiam, sed secundum proportionem, prout quilibet materia consideratur ut in potentia ad formam.

Ad XVI. pater solutio ex dictis. Non intelligit informitas materia, quia nisi forma caret: sed sicut dictum est.

Ad XVII. dicendum, quod secundum sententiam Aug., qui ponit per terram & aquam prius commemoratas non elementa sed materiam primam significatam sive nihil inconveniens sequitur de aquarum congregacione. Nam illic ipse dicit 2. super Gen. ad literam: sicut cum dictum est, sicut firmamentum in secunda die, significata est formatio caelestium corporum: ita cum dictum est congregentur aquae in tercia die, significata est formatio elementorum inferiorum: ut per hoc quod dicitur, congregetur aqua. Significatur quod aqua suam formam accepit, per hoc vero quod dicitur apparet arida, significetur idem de terra. Ideo vero hi verbis vobis est in horum elementorum formatione, & non verbo factiois sicut in calo, ut diceret: sicut aqua & terra: sicut dixerat, sicut firmamentum significaret imperfectiō harum formarū: & earum propter inquiratur ad informē materię. Verbo in congregacionis vobis est ad aquam, ut significaret ei⁹ mobilitatem. Verbo apparet in terra, ut significetur eius stabilitas. Vnde ipse dicit. Ideo de aqua dictum est, congregatur de terra apparet, quia aqua labiliter est fluxa, re-

In dialogo
de natura
vel in Tri-
moto, quod
idem est non
procul ante
medium.

In futu-
ro ad 4. argu-
mentum.

In folio.
p. 4. argu-
mentum.

Libr. r. cap. 9.
tomo 9.

QVAEST. IIII. DE CREAT. MATERIAE INFOR. ART. XI. 38

A stabiliter fixa. Si vero fm opinionē Basili & aliorum sanctorum dicatur, q̄ eadem terra hic & ibi significatur, & similiter eadem aqua, sed alio modo disposita prius & postea, multipliciter respōdetur. Quidam enim dixerūt, q̄ aliqua pars terræ erat quæ aquis non erat cooperata: in quam aqua quæ terram habitabilem occupabat, Deo iubete cōgregata est. Sed hoc reprobat Aug. ex ipsa lit. primo super Gen. dicta. Si aliquid erat nudum terræ, vbi congregaretur aquæ, iam prius arida apparebat, quod est contra circumstantiam literæ. Vnde alii dixerunt, q̄ aqua riarior erat sicut nebula; & postea inspissata in minorem locum colloccata est. Sed illud etiam nō minorer generat difficultatem, tum quia non vere erat aqua, si formam vaporis afflangerat: tum etiā quia locū aeris' occupasset, & similis difficultas relinqueretur de aere. Et ideo alii dicunt, q̄ terra quasdam cauernositates accepit in quib. potuit aquarū multitudinem accipere operatione Dci. Sed contra hoc vī esse, quia hoc per accidēt est, q̄ aliqua pars terræ longius distet a centro quam alia. In illa autem rerum formatione, natura suum modum accepit vt Aug. in eodem lib. dicit. Et ideo melius vī dicendū sicut Basilius dicit, q̄ aquæ in multis divisiones erat disperse, & postmodum in unum cōgregata, quod etiā ipse textus verbo congregationis tyens, significare videtur. Et si nō totam terram aqua tegebat, nō oportet q̄ tanta profunditate tegeretur prius ubique, quam nunc inuenitur in aliquibus locis.

Ad xviii. dicendum, q̄ quia corpora mineralia non habent aliquam eidem perfectionis excellētiam supra elementa, sicut habent viuentia, non sc̄fum ab elementis formata describuntur; sed in ipsa elementorum institutione possunt intelligi esse producta. Vnde nihil prohibet, alias cauernositates fuisse ante congregationem aquarum: vt postea terra compresla, in sua superficie, aquæ congregata locum præberet. Tamen verba Aug. hanc opinionem tangentis primo super Genesim ad literā, videntur sonare magis q̄ huiusmodi concavitates non præexistenter in terra, sed magis in superficie terra tunc factæ fuerunt, cum aquæ sunt congregata. Sic enim dicit. Terra longe lateque subsidens potuit alias partes præbere concavas, quibus confluentes & corruentes aquæ recipuerent, & appareret arida ex his partibus vnde humor abscederet, cui etiam consonant verba Basili in Hexame. dicentis. Quando præceptio data est vt in unam congregationem aquæ coirent, tunc & susceptionis earum causa præcessit: & ita iussu Dei capacitas sufficiens parata est, vnde aquarum ibi multitudo confluere. Hac autem capacitas potest intelligi per quarundam partium terræ depressionem: cum videamus etiam in aliquibus maiorem elevationem accidentalem, vt patet in collibus & montibus.

Ad xix. dicendum, q̄ si cauernositates non præxistebant in terra, secundum illud quod ultimo dicitur, obiectio præsens locum non habet. Si autē præxistebat, nunc dicendū est, q̄ licet sit cōtra naturam aeris vel aquæ subesse terre libi relīcte, non tamen si terra sit a suo motu aliquiter impedita. Sic n. videamus in cauernis qua sunt sub terra, terram aliquib. sustentaculis suspensam aerem subingredi, eo q̄ natura non patitur vacuum. Si tamen dicatur, q̄ aquæ que erat in minori profunditate super totam terræ superficiem, sparsæ sunt postmodum super aliquam partem terræ in maiorem altitudinē cōgregata (vt

A supra dictum est) prædicta obiectio cessabunt.

Ad xx. dicendum, q̄ si cōsideretur naturalis elementorum situs, qui competit ipsis naturis elementorum absolute: sic naturale est aquæ q̄ totam terræ vndiq; continet, sicut & aer cōtinet aquam. Si autem considererent elementa in ordine ad mīstorū generationem, ad quam etiam cœlestia corpora movent, sic talis situs cōpetit, qualis postea institutus est. Vnde statim apparente arida in aliqua sui parte, subditur de productione plantarum. Quod autem in elementis ex impressione cœlesti corporum accidit, non est cōtra naturam, vt dicit Cō. in 3. de cœl. & mī. vt pater in fluxu & refluxu maris, q̄ licet non sit naturalis motus aquæ, inquantum gravis est, eo q̄ non est ad medium, est tamen naturalis motus eius inquantum est a corpore cœlesti mota, sicut eius instrumentum. Hoc autem multo magis cōpetit di cere de his, quæ sunt in elementis ex ordinatione diuina, per quam tota elementorum natura subsistit.

In praesenti autem ytrumq; concurrere uidetur ad aquarum cōgregationē, & diuina virtus principaliiter, & secundario virtus coelestis. Vnde statim post firmamentum institutionem subiungitur de aquarum congregatione: potest tamē, & ex ipsa natura aquæ aliqua aptitudo inueniri. Cum n. in elementis continet formalis contento, ut patet per Philos. in 8. Physico. aqua instantum deficit a perfecta terra continentia, inquantum & ipsa nō perfecte formalis est, sicut ignis & aer, plus accedens ad terrenam spissitudinem, quam ad igneum raritatem.

Ad xxx. dicendum, q̄ confusio qua in mūdo inchoato præcessit dicitur, nō attenditur secundum aliquam mīstionem elementorum, sed per oppositū ad illam distinctionē, qua nunc est in partibus mūdi competens uiuētū generationi & cōseruationi. Et per hoc patet responsio ad 22. & 23.

Ad ea vero, q̄ in contrarium obiciuntur, secundum opinionem Augustini cōsequenter respōdēdū est. Ad quorum primum dicendū est, q̄ Gre. loquitur secundum op̄i, quā prius sustinuimus. Nō tamen sic sunt intelligenda, verba Greg. quōd in prima rerum creatione sit oīum rerum materia facta absque omni specie formæ, sed absque formis quibufdā, scilicet rerum viuentium, & ordinis ad eorum generationem, sicut supra est expōsum.

Ad SECUNDUM dicendū, q̄ appetitus formæ nō est aliqua actio materiæ, sed quadam habitudo materiæ ad formam, secundum q̄ est in potētia ad ipsam, sicut Commen. exponit in primo Phylic.

Ad TERTIVM dicendū, q̄ si Deus faceret ens in potentia tantum, minus faceret q̄ natura, qua facit ens in actu. Actionis enim perfectio magis attenditur secundum terminum ad quem, quam secundum terminum a quo, & tamen hoc ipsum quod dicitur contradictionē implicat, ut si aliquid fiat, quod sit in potentia tantum, quia quod factum est oportet esse cum est, ut probatur in 6. Phy. Quod autem est tantum in potentia non simpliciter est.

Ad QUARTVM dicendum, q̄ quod hoc quod scriptura dicit, Terra erat inanis & vacua, si accipiatur de materia omnino informis, secundum Aug. non est intelligendum, quōd sic erat aliquando in actu, sed quia talis erat natura sua, si absq; formis inhaētibus consideretur.

Ad QVINTVM dicendum, q̄ formatio spūalis creatura, dupliciter potest intelligi, vna p gratiæ infusionē, & alia per gloriæ cōlummationem. Prima quidem formatio

In foli. arg.
18. 20.

Li. 3. cō. 10. 4
med. illius.

2. de Cœlo,
6. 74. 10. 2.

In solutio. 4.
arg. 8. 13.

Lib. 1. cō. 8. 8.

Li. 1. c. 1. eir.
med. & c. 5.
6. 17. tom. 3.

QVAEST. IIII. DE CREAT. MATER. INFOR. ARTIC. II.

Lib. 1. cap. j. a
 me d. & ca. f.
 6. 1740. f.
 Li. 4. c. 22. &
 23. 10. f.
 In dialo. 65.
 qu. q. 24. a
 me d. 19. f.
 formatio secundum sententiam Aug. statim crea-
 turæ spirituali affuit in sui creationis principio, &
 tunc per tenebras, a quibus lux distinguitur, non in-
 telligitur peccatum malorum angelorum: sed infor-
 mitas naturæ, qua nō dum erat formata, sed erat cō-
 sequentibus operibus formanda, ut dicitur in 1. su-
 per Gene. ad literam, vel sicut dicitur quarto eiusdem
 libri, per diem significatur Dei cognitio: per noctē
 vero cognitio creature, qua quidem tenebra est re-
 spectu diuinæ cognitionis, sicut in eodem lib. dicit.
 Vel si per tenebras intelligamus angelos peccan-
 tes, ista diuīlio non ad præiens peccatum refertur:
 sed ad futurum quod erat in Dei p̄ficiētia, vnde di-
 cit in lib. ad Orosium, quia ex angelis quosdam per
 præbias p̄ficiēbat casueros: per incommutabile
 præficiētia sua ordinem diuīlit inter bonos & ma-
 los, malos tenebras appellans, & bonus luce. Secun-
 da vero formatio non pertinet ad principium insti-
 tutionis rerum, sed magis ad terum decursum, quo
 per diuīnam prouidentiam gubernatur. Hoc enim
 ultimum verum est fm. Aug. de oībus in quibus ope-
 ratio naturæ requiritur, quod in hac formatione
 necesse est prouenisse, quia per motū liberiarb. ali-
 qui sunt conuersi vt parentaliqui auersi vi caderet.
A D S E X T U M dicendum, q̄ mundus dicitur factus
 ex inuisa materia, non quia informis materia, tem-
 pore p̄cecerit, sed ordine naturæ. Et similiter pri-
 uatio non fuit aliquo tempore in materia ante om-
 nem formam, sed quia materia absq; forma intelle-
 cta cum priuatione etiam intelligitur.

A D S E P T I M U M dicendum, q̄ mundus dicitur factus
 ex inuisa materia, non quia informis materia, tem-
 pore p̄cecerit, sed ordine naturæ. Et similiter pri-
 uatio non fuit aliquo tempore in materia ante om-
 nem formam, sed quia materia absq; forma intelle-
 cta cum priuatione etiam intelligitur.

A D O C T A V U M dicendum, q̄ verba Aug. non sunt
 intelligenda sic, q̄ materia aliquo tempore fuerit
 in potestate ad formas elementares, nullam earum ha-
 bens: sed quia in sua essentia considerata, nullam for-
 mam actu includit, ad omnes in potentia existens. I

ARTICVLVS II.

Vtrum materie formatio tota simul fuerit, an successione.

Lib. 1. cap. 67. 68.
 69. 70. 71.
 72. & 1. d. 13.
 or. 2. & qd. 11.
 Lib. 2. c. 3. cir-
 ca finem.
 Lib. 11. de cl.
 Dei. ca. 7. &
 9. 10. 51.

Secundo queritur vtrum materie formatio to-
 ta simul fuerit an successione. Et videtur quod suc-
 cessione, dicitur enim Iudith. 2. Tu fecisti priora, &
 illa post illa cogitasti. Excogitatio autē Dei est eius
 operatio, ut Dam. dicit, vnde & in predicta auctoritate
 subditur, & hoc factum est quod ipse noluiti,
 ergo res quodam ordine, & non simul sunt facta.
¶ 2 Præt. Plures partes temporis non possunt esse sim-
 mul, quia totū tēpus sub quadam successione agi-
 tur: sed rerum formatio in diuersis partibus tempo-
 ris facta commemoratur. Gen. 1. ergo videtur q̄ re-
 rum formatio facta sit successione, & nō tota simul.
 Sed dicendum, quod per illos sex dies secundum sen-
 tentiam Augu. non intelliguntur dies consueti nobis, qui sunt temporis partes, sed secundum cogni-
 tionem angelicam sexies rebus cognoscendis pre-
 sentatam, secundum rerum sex genera.
¶ 3 Sed contra. dies ex p̄ficiētia lucis causatur:
 vnde dicitur Gene. 1. q̄ Deus vocavit lucem diem.
 Sed lux nō proprie in spiritualibus inuenitur: sed so-
 lum metaphorice. ergo nec dies proprie p̄t intel-
 ligi angelorum cognitioni. Nō videtur ergo esse lite-
 ralis exppositio, q̄ per diem angelorum cognitione in-
 telligitur. Probatio media. Nullum per se sensibile
 potest in spiritualibus proprie accipi: ea enim, qua
 sensibilibus & spiritualibus sunt cōmunita, non sunt
 sensibilia nisi per accidentem sicut substantia, potētia,
 virtus & huiusmodi. lux autem est per se sensibilis vi-
 su, ergo proprie non potest in spiritualibus accipi.

¶ 4 Præt. Cum angelus duplicitate res cognoscat, &
 in verbo, & in propria natura, oportet q̄ per altera
 istarum cognitionum dies intelligatur. Non autem
 potest intelligi de cognitione, qua cognoscit rem
 in verbo, quia hæc cognitione est vna tantū de oībus,
 simul in verbo cognoscit angelus quecumque co-
 gnoscit, & vna cognitione, qua scilicet verbum vi-
 det. Non ergo estli nisi vna dies. Si autem intelligi-
 tur de cognitione, qua cognoscit res in propria na-
 tura, sequitur q̄ sint multo plures q̄ sex dies, cū sim-
 plura genera & species creaturarum. Nō ergo v̄ q̄
 dierū senari? ad cognitionē angelicā referri possit.

¶ 5 Præt. Exo. 20. dicitur, sex diebus operaberis, se-
 ptimo autem die sabbathum Domini Dei tui eh. nō
 facies omne opus: & postea subdīratio. Sex enim
 diebus fecit Deus cœlum & terram, mare, & omnia
 quæ in eis sunt, & requieuit in die septimo. Sed lex
 ad literam de diebus materialibus loquitur, in quo-
 rum 6. permitit operari, in septimo prohibet, ergo
 & hoc quod dicitur de Dei operatione ad dies ma-
 teriales, referendum est.

¶ 6 Præt. Si per diem cognitione angelici intelligitur: fa-
 cere ergo aliquid in die non est aliud quam facere
 in angelica cognitione: per hoc autem q̄ aliquid fi-
 nit in angelica cognitione, non sequitur q̄ in sua na-
 tura existat, sed solum q̄ ab angelo cognoscatur. er-
 go per hoc non ostenderetur rerum in propriis na-
 turis institutio, quod est contra scripturam.

¶ 7 Præt. Cuiuslibet angelii cognitione differt ab alterius cognitione. Si ergo per diem cognitione angelici
 intelligitur: oportet tot dies ponere quot sunt an-
 geli, & non solum sex vt scriptura tradit.

¶ 8 Præt. August. secundo super Gene. ad literam di-
 cit, q̄ per hoc quod dicitur, dixit Deus, fiat, intelligi-
 tur, q̄ res fiendæ p̄exerunt in verbo: per hoc q̄
 dicitur, est ita factum, intelligimus factam res cogni-
 tionem in creatura intellectuali: per hoc q̄ dicitur,
 fecit Deus, intelligitur in suo genere fieri creatura.

Si ergo per diem cognitione angelici intelligitur, pos-
 quam dixerat de aliquo opere, & factum est ita, in
 quo cognitione angelica intelligitur, superfine addi-
 tur, factum est vespere & mane dies vñus, vel dies
 secundus. Sed dicendum, q̄ hoc additum ad ostende-
 dum duplich modum cognitionis rerū in crea-
 tra spirituali: vñus est, quo cognoscit res in verbo, &
 secundum hoc dicitur mane, vel cognitione matu-
 rina: aliud quo cognoscit res in propria natura, & se-
 cundum hoc dī vespere, vel cognitione vespertina.

¶ 9 Sed contra, licet angelus posset simul plura in-
 telligere in verbo, non tamen potest simul plura in-
 telligere in propria natura, cum per diuersa specie-
 bus diversa in suis naturis intelligat. Si ergo qui-
 libet sex dierum non solum habet mane, sed etiam
 vespere, oportebit in sex diebus aliquam successio-
 nem considerare, & sic rerum formatio non tota
 simul fuit facta.

¶ 10 Præt. Ab vna potentia non possunt esse simul
 plures operationes, sicut nec vna linea recta termi-
 nat ex vna parte, nisi ad vñū pūctū, per operatio-
 nem